



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Adde De Clerico reperto cum uxore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

A D D E

De Clerico reperto cum uxore.

Clericus repertus cum filia vel uxore in adulterio, impunè occidi potest sine incurfione excommunicationis latè Hippolytus in l. 1. nu. 50 Et in l. unius. §. cogniturum, nu. 122 de quæst. Alij hujusmodi facultatem occidendi concedere licet ex communi sententia, ad quod plures alleg. Hippolytus sing. 175. Sed hanc communem falsam existimat Couvarruvias de spons, part. 2. ca. 7 §. 7. nu. 5, ubi hanc materiam latius tradit. Item Paris de Puteo de Syndicatu in verbo familiaris, Matthæus Boyß Doctor.

Si autem non invenit cum aliqua ex dictis personis, sed cum aliqua alia consanguinea, percutiens erit excommunicatus, per dictum cap, si verò, quod non extenditur ad alias personas, idem tenet Clava. in ver, excommunicatio, quinto §. 16 & §. 17 licet Hostien. & Inno, contra,

Adde, quod licet Clericus non inveniatur in actu cum prædictis personis, sed in osculis, tactibus, amplexibus, & hujusmodi in loco suspecto, non erit percutiens excommunicatus: secus si in publico oscularetur secundum consuetudinem patriæ ar. eorum quæ not. per glo, in cap, consuluit de offic, dele, Clava. in ver, excommunicatio, §. 18

ADDE